

F. K. 82.

Z 6
3266

X 2047355

EX LIBRIS
GOLDORF

De Augustino
in LYCO LAURAN
M. G. G. G.



BIBLIOTHECA
ANAVAVIANA



Nobilissimi Adolescentis,
Ex illustri GERSDORFIORUM Familiâ oriundi,
GODOFREDI à Bersdorf /

ABITUM,
præviâ solenniiori Oratiunculâ,
De Anglicano aureæ Periscelidis Ordine

a. d. 3. Aprilis A. O. R. 1693.
in LYCEO LAUBANENSI habendâ, cohonestandum,
publicè denunciât

M. Georgius Wendius,
Rect. & Inspector.



Vas Dignitates Equestres superiorum Seculorum Monarchæ salutari prorsus instituto sancitum ierunt, eas moderni ipsorum Successores tam religiosâ benè merentibus etiamnum conferre solent gratiâ, ut alia citius omnia, quàm hunc Ritum, ibidem antiquari videas. Etenim cum variæ sint hominum animos aucupandi artes, Reges illi stringentissimam isthanc vel ideò sibi commendatam habent, ut per eam Primatum suorum corda sibi magis magisq; devincta reddant. Præcipuè tamen Hispania, Gallia, Anglia, Dania, Instituti hujus perquam tenaces sunt. CAROLUS II. Hispaniarum atq; Indiarum Rex multò potentissimus, sive compensaturus incomparabilia incomparabilium Heroum erga Patriam Merita, sive æstuantia eorundem pectora ad plura & similia subinde tentanda efficaciter animaturus, uti alio tempore alios, ita nuperrimo demum Februario Fortissimum Heroëm Badensem, Turcarum debellatorem famigeratissimum, Ludovicum Wilhelmum, aurei Velleris Clinodio clementissimè donavit, atq; hoc ipso ad Gallorum, perinde ac antea ad Turcarum, rabiem repellendam acriter inflammare voluit; nisi etiam conjectura me fallit, egregiè jam inflammavit. Quemadmodum enim olim Jason in Colchide, ita ille hodiè in hostico non cogitabit de reditu, nisi Victoriæ aureo impetrato Vellere. Idem in Galliâ, alio tamen sub schemate, hætenus tentavit universalis Monarchiæ Architectus vel quasi, LUDOVICUS XIV. Quamquam enim is ceteroquin à Spiritus S. regimine, Angelorumq; bonorum ministerio non parum alienus, Spiritus S. tamen & Michaëlis Archangeli identidem creat Equites. Anno post Christum natum M. DC. LXI. d. 31. Decembr. (sicut habet Diarium Europæum *Centur. VI. p. 46. seqq.*) Gallicus iste Brabeuta Principi Condæo, ejusq; Filio, Duci Angvienio, suâ manu; ceteris autem LXX. Sociis per Ministros suos, pretiosa Spiritus S. obtulit Insignia. Si insuper Veritati consentaneum, quod Fridericus Leutholf à *Frankenberg* (in *Europæischen Herold. p. 619.*) memoriæ prodidit, Anno hujus Seculi XXCII. ipsis Calendis Januariis, (non verò, ut vult Brianville Jen d' Armoir, cum in Cunis adhuc vagiret,) Delphinus quoq; Francicus, Ludovicus XV. à Parente t. t. ovante, præsentibus atq; applaudentibus universis fermè exterarum Nationum Legatis ac Oratoribus, solennissimo ritu in Ordinem S. Michaëlis Equitum cooptatus, adeoq; ad præclara Virtutis Trophæa sectanda pulcherrimè obligatus fuit. Quartus porrò nunc volvitur annus, quod etiam Magnæ Britannæ Rex, WILHELMUS felicissimus, magnorum Antecessorum illustria vestigia legens, sagatam Virtutem domesticis ornare cœpit Honoribus. Ut nimirum collatæ Potestatis Regiæ documentum aliquod ederet, Anno Christi 1689. a. d. XXI. Aprilis, hoc est, ipsis Coronationis Solennibus, sexaginta octo Equites, a. d. XXII. Maji illustrem Pomeraniæ Pro-Ducem, Schombergium, & Comitem de Devonshire; illos quidem in Balnei, hos verò in S. Georgii adscivit Ordinem. Vix dum quoq; duo præterlapsi sunt Menses, cum idem Rex prudentissimus itidem in Saxoniam terram Gratia suæ fulgidissimos effunderet radios. Condocefacturus videlicet, quanti Saxoniam, jamjam in aliquibus Expeditionibus egregiè satis commonstratam, Fortitudinem faceret, novissimè demum aureæ Periscelidis Insignia, & cum his Amoris sui arrhabonem, Serenissimo ac Potentissimo Electori nostro, JOHANNI GEORGIO IV. solennissimè offerri curavit. Quid? quod & Dania tandem acceptum à Majoribus Elephantem ac Crucem Dannebrogicam etiamnum ritè dispensat. Qvi nunc rerum potitur, Rex Pius, Fortis, Magnanimus, CHRISTIANUS V., A. O. R. 1672. cum jam secundus ipsi nasceretur Filius, triginta quinque Dannebrogicos; postmodum, cum ratio Statûs ita postulare, etiam Elephantinos non unos creavit Equites: nisi quoq; Novellæ ad nos delatæ fallunt, non ita pridem Serenissimum Ducem Brunsvicensem, Antonium Ulricum, ejusmodi Elephantino Munere condecoravit, atq; per hoc suum esse iussit. Spes insuper est haud vana, fore, ut tùm Rex Daniæ, tùm reliqui à nobis jam laudati Monarchæ in posterum quoq; plura Clementiæ suæ manifestent indicia. Quod si enim non deerunt in Europâ strenui Virtutum Cultores, neq; omninò gratiosi Virtutum æstimatores deerunt.

Cum verò ista Dignitatum Continuatio digna omninò sit, quæ Oratorum voce publicè concelebratur, & fuerunt hætenus, & sunt, & erunt, qui occasione opportunissimâ datâ tùm Regum Clementiam, tùm novellorum Equitum Felicitatem, certatim pro re natâ deprædicant. Tempori nimirum sese accommodare, uti aliorum, ita & Oratoris est. Inter medios ferè est Nobilisf. Adolescens, Godofredus à Bersdorf / Generosi & perquam strenui Dn. Dn. Georgii Ernesti à Bersdorf / Toparchæ in Reichenbach / Oberdorf & Delisch / ut & Centurionis olim inter Danos faciliè bellicosissimi, F. Primogenitus, qui, cognito, ab aliis Hispanicum, ab aliis Danicum, Ordinem suo stylo delineatum jam fuisse, pro virili suâ Anglicanum in præsens admirari sibi proposuit. Eant per nos alii, & gratulentur Serenisf. Brunsvicensi & Badensi Ducibus, quibus visum est, infimæ subjectionis testata edere specimina: Gersdorfius noster (bonum factum!) adoptato nuper in illustrissimi num aureæ Periscelidis Ordinem Electori nostro humillimâ animi mente congratulaturus, crastinâ luce Cathedram conscendet Oratoriam. Si qui nunc sunt, qui Regiam istam Societatem, Electoralem Felicitatem, & post hæc Gersdorfianam erga Summum Principem Pietatem, venerantur, æstimant, diligunt, (sunt autem hoc loco multi,) eos, ut breviter Declamaturum benevolè audire, ejusq; votis sua addere dignentur, officiosè & amicè per has patentes invitamus. Non habemus quidem impræsentiarum, quod pro Favore & Amore iisdem reponamus. Scholasticis enim præter preces, labores, querelas & gratiarum actiones nihil aut parum relictum est. Quod si tamen Votum devotum non ingratum fuerit, iterum iterumq; precamur, ut Studiis nostris faventes aliquando in Angelicam Societatem recipiantur. Fiat! Scribeb. Laubæ a. d. 2. April, A. S. R. M. DC. XCIII.

LAUBÆ,

Typis Johannis Godofredi Debnii.

imi Adolescentis,
FIORUM Familiâ oriundi,

EDI à *Gersdorf*

BITUM,
nniori Oratiunculâ,

rea Periscelidis Ordine

prilis A.O. R. 1693.

ENSI habendâ, cohonestandum,

ublicè denunciât
gius Wendius,

z. & Inspector.

rorsus instituto sancitum iverunt, eas moderni ipsorum Suc
anc Riturum, ibidem antiqvari videas. Etenim cum var
m habent, ut per eam Primatum suorum corda sibi magis
m tenaces sunt.

CAROLUS II. Hispan

Heroum erga Patriam Merita, sive æstuantia eorundem pe
num Februario Fortissimum Heroëm Badensem, Turcaru
pso ad Gallorum, perinde ac antea ad Turcarum, rabien
a enim olim Jason in Colchide, ita ille hodiè in hostico no
hactenus tentavit universalis Monarchiæ Architectus vel
rio non parum alienus, Spiritus S. tamen & Michaëlis A
opæum *Centur. VI. p. 46. seqq.*) Gallicus iste Brabeuta P
us S. obtulit Insignia. Si insuper Veritati consentaneum
XXCII, ipsis Calendis Januariis, (non verò, ut vult Brianvi
entibus atq; applaudentibus universis fermè exterarum N
tis Trophæa sectanda pulcherrimè obligatus fuit.

rum Antecessorum illustria vestigia legens, sagatam Virtu
Christi 1689. a. d. XXI. Aprilis, hoc est, ipsis Coronationis S
Devonschire; illos quidem in Balnei, hos verò in S. Geor
m terram Gratia suæ fulgidissimos effunderet radios.

rtitudinem faceret, novissimè demum aureæ Periscelidis In
ennissimè offerri curavit.

Quid? quod & D

m potitur, Rex Pius, Fortis, Magnanimus, CHRISTIANU
tûs ita postularet, etiam Elephantinos non unos creavit Eqv
m, ejusmodi Elephantino Munere condecoravit, atq; per h
æ in posterum quoq; plura Clementiæ suæ manifestent in
erunt.

publicè concelebretur, & fuerunt hactenus, & sunt, & erun
atâ deprædicant. Tempori nimirum sese accommodare, u
n strenui Dn. Dn. Georgii Ernesti à *Gersdorf*/ Toparchæ it
ito, ab aliis Hispanicum, ab aliis Danicum, Ordinem suo sty
e Serenisf. Brunsvicensi & Badensi Ducibus, quibus visum
n aureæ Periscelidis Ordinem Electori nostro humillimâ
ocietatem, Electoralem Felicitatem, & post hæc Gersdor

iter Declamaturum benevolè audire, ejusq; votis sua addere dignentur, officiole & amice per
& Amore iisdem reponamus. Scholasticis enim præter preces, labores, querelas & gratiarum
n fuerit; iterum iterumq; precamur, ut Studiis nostris faventes aliquando in Angelicam Socie-

AUBÆ,

anis Godofredi Dehnii.

